Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



Pontifices aut conclamauerunt turbe. ut magis barraban di
mitteret illis. Pylatus autem rex respondit illis. Quid iubetis facam
regi iudeorum? At illi rursum clamauerunt. Crucifige eum. Pylatus
uero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clama
bant. Crucifige eum. Pylatus autem pplo uolens satisfacere. dimi
sit illis barraban. et tradidit illis ihm flagellis cesum ut
crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium preto
rium. et uocant totam cohortem: et induunt eum purpura et imponunt
ei plectentes spineam coronam. et ceperunt saluare eum. Aue rex
iudeorum. Et percutiebant caput eius harundine. et conspuebant
eum. et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei.
exuerunt illum purpura. et induerunt illum uestimentis suis.
et educunt illum ut crucifigent eum. Et angariauerunt preterun
tem quempiam simonem cyrenen uenientem de uilla. patrem
alexandri et rufi. ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in
golgotha. qd est interpretatum caluarie locum. Et dabant ei bibere
mirratum uinum. et non accepit. Et crucifigentes eum. diuiserunt
uestimenta eius. mittentes sortem super eis. qs quid tolleret. Erat
autem hora tertia. et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius
inscriptus. rex iudeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones.
unum a dextris. et alium a sinistris eius. Et adimpleta est scrip
tura q dicit. Et cum iniquis deputatus est. Et preeuntes blas
phemabant eum. mouentes capita sua. et dicentes. Wah.
qui destruis templum dei. et in triduo illud reedificas: Sal
uum fac te met ipsum. descendens de cruce. Similiter et summi sa
cerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis. dicebant. Alios
saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere: xpus rex israel